Creditori sui aut eius successori, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Citatus existens extare, recessum suppositum, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio, stare, iuri parere, Vadium praecactum luere inscriptionem praesenti satisfacere, ac de iudicatum praesenti debebit ac tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia obligat. eadem Termina primum peremptorium, et alios eius consequentes, causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, praesenti maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad manimenta, ad Exercitum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo; ad quietorem ultra primus praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Officii Terminus dilationem sibi non recipiendo: nullasque motiones, appellationes, ac eam exceptiones faciendo; remissionesque eam praesenti simplicitus vel duplicatis, Evasionibus, suspensionibus, Fatalibus iuris, proscriptione Terrae, bello, conventionesque, ac aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad remissionem omnia mediante.

Dunikowscy Szymanskiemu cedunt.

Comparentes personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensis Capitanealibus Premisliensibus Generosi Sigismundus Notarius Terrae Sanocensis, et Samuel Dunikowscy fratres germani olim Generosi Samuelis Dunikowski filii, sani mente et corpore e-

xistentes

xistentes: recedendo a Terris, districtibus, Juribus, iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus; se vero cum successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni Officii praesentis Castrensis Premisliensis, quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie incorporantes atque subdentes, palam libere ac per expressum recognoverunt; et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit. Quia ipsi de toto et integro iure suo cedunt de causa et actione iudiciaria per se regnantes, Magnificis Hieremiae et Annae filio et filiae olim Magnifici Constantini Korybuth Ducis Wisnioviensis, ex Magnifica olim Helisabetha Mohylanka Palatina Moldaviae genitis, bonorumque eorum morte eiusdem olim parentis sui derelictorum successoribus; nec non Annae Virgini, olim Magnifici Samuelis Ducis Coreccii, ex Magnifica olim Catherina Mohylanka genitae filiae, olim vero praefatae Magnificae Helisabethae olim Magnifici Hieremiae Mohyla Palatini Moldaviae sibidem successorum, cum aliis suis comparticipibus, sive non solutionis tandem Quinque Millium et Quingentorum florenorum pecuniae Polonicae ex non persoluta summa Octo Millium et Quingentorum florenorum Polonicalium, per praefatam olim Magnificam Helisabetham Mohylina aviam illorum, Generoso Samueli Dunikowski parenti suo, Chirographo certo, manu propria subscripto, et sigillo principatus Moldaviae obsignato, ad solvendum modo debiti inscripta, specificata, primum ad iudicium et Officium Terrae, quam Castrense Haliciense filii institutam et per viam

apellationis ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lu-
blinensis devoluta, et ibidem per varias instantias iuris agitata,
nec non et de eodem decreto Tribunalis Lublinensis in causa
praefata, quo mediante sibi requirentibus summa Mille Florenorum
praedictorum Polonicorum, per praefatos Ducem et Ducissam Visnioviecios et
Coreccios, per eorum interesse concernentes, tempore et loco in
eodem decreto Tribunalis expresso et praefixo solui iniuncta et decreta
est, decreto eodem Tribunalis Lublini decreta et data feria
secunda intra Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi
anno praesenti praelato, praemissa latius enarrante: tum et de recog-
nitione praefata summamque supradictam Mille Florenorum praedictorum Polonicorum
eodem decreto sibi adiudicata, cum totali praemissorum proprietate et
praerogativa; nihil iuris, dominii, proprietatis et praerogativae, competen-
tiaeque quorumvis usufructuum et utilitatum ex praemissis ortas, pro
se vel suis successoribus aut alio quopiam reservantes seu tenen-
tes, sed in toto et plenarie prout praemissa omnia eosdem
recognoscentes concernebant, ac eisdem modo praemisso serviebant.
Jam ex nunc et de facto Nobili Mathiae Szymanski, et
eius successoribus (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et suffi-
cienti satisfactione) cesserunt et condescenderunt, prout cedunt
et condescendunt praesentes: Dedit et integrum ius suum praemissorum omnium
in eundem Nobilem Mathiam Szymanski et eius succes-
sores totaliter et plenarie transfuderunt, transtulerunt et
incorporaverunt per praesentes. Per ipsum Nobilem Mathiam Szy-

manski

manski et eius successores hoc idem ius cessum praemissorum omnium
cum universis beneficiis et praerogativis, summamque supradictam cum
suis utilitatibus tenendi habendi pacifice et quiete possi-
dendi: cum plenaria facultate summam eandem tollendi, levandi,
percipiendi, de levata et percepta quietandi, ac pro eadem si non
fuerit soluta iure agendi ac praemissa omnia tanquam sua
propria in suos et suorum successorum beneplacitos quosvis u-
sus libere convertendi, vigore praemissorum omnium, et praesentis
decreti Tribunalis praefati ad praemissa sibi servientis, praesentique
cessi et transfusi Juris.

Actum in Castro Præmyslien:
si Feria Quinta ante Festum
Transfigurationis Christi Do: 1634
mini proxima Anno Domi: 3/VIII
ni Millesimo Sexcentesimo
Trigesimo Quarto.

Korniakt Zgorskio debet.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosus Alexander Zbigneus in Dia-
tolski Korniakt, sanus mente et corpore existens; a praemis-
sis districtibus, iuribus, iurisdictionibus suis quibusvis propriis et com-
petentibus recedendo, se Iuri foroque Castrensi Capitaneali Premi-
sliensis Officii iurisdictioni; cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus,
quoad altius patebit, totaliter et plenarie incorporans, atque